

Eberhard Deichmann Adam Praetorius


**Quod felix & faustum sit Conclusiones Iuridicas subsequentes materiam
Successionis Legitimae, Una Cum Discrepantiis Iuris Feudalis A civili,
Complectentes**

Rostochi[i]: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749375175>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (124.)

1. Bickmann de rerum divisione.
2. Bickmann de sponsalibus et nuptiis.
3. Bickmann de successione legitima.
4. Bickmann de testamentis.
5. a Diesfeldorf de adulterio lege divina et humana coercendo.
6. a Diesfeldorf de eo quod justum est circa aegla.
7. Secher de jure aperturæ. Opusculi unum.
8. Kemmerich de tutela partiticia tam in jure Romano quam Germanico fundata eisque in foris utu.
9. Secher ad L. 38. de minor. de prescriptione conventionali et minore advenus eam a principe restituta.
10. Secher de piratatione.
11. Secher de momentanea possessione et lite vindictarum.
12. Hartmann de deposito irregulari.
- 12^b Koenig de jure consuetudinario.
13. Koenig de officio mariti erga suam uxorem.
14. Koenig. Testamentum judicis extra judicium oblatum, si loco actuarii Notarius substitutus sit, jure Saxonico effectu suo destituitur.
15. Koerel de servitutibus realibus.
16. Knoblach de Zittawensi communiore bonorum inter conjuges.
17. Kirchmaier Latinitas legalis præter mentem suspecta et erecta.
18. Kitzel de foro competente.
19. Kirchmaier de foenore unciano, generatim de usuraria pravitare.
20. Klengel de contractibus consensualibus.
21. Kleppenbein de mutationum in rebus publicis causis et remediis.
22. Musaeus de foro rei sitae etiam ad res mobiles quas vis pertinet.
23. Musaeus de prædicatione Justiniani sacri.
24. Triggelaer de injuriis coercendis.
25. Kirchmaier de exceptionibus.
26. Hüblwein de jure monetarum.
27. Krimbergk de collatione bonorum.
28. Krimbergk de testamentis.

29. Kraus de successione liberorum ea circubina procreatorum.
30. Kraus de patre ea facto folii obligato.
31. Kraus de patria potestate.
32. Kraus de liberis ea matrimonio inter quosdam supratam,
que ab alio, iusto, natis.
33. Kraus de fratre unilaterali defuncti materteram iure va-
canti communi a successione excludente.
34. Kraus de eo quod justum est circa poenam furti.
35. Kraus de eo quod justum est circa peruationes in huius
saliorum.
36. Kraus de eo quod justum est circa testes in postposito summa-
riissimo.
37. Kraus de eo quod justum est circa probationem per testes
domesticos.
38. Schröter de universitate herede.
39. Schröter de eo quod circa facta universitatum licita justum
est.
40. Heimburg an is, qui iure prolationis quoad sortem in circuitu
est nuntius eodem quoque gaudeat ratione usurarum?
41. Heimburg de fisco res debitorum fiscalium iure creditoris
distrahente.
42. Heimburg de conditione mulieri intercedenti competente.
43. Welsen de testamentis.
44. Werner de dolo malo.
45. Werner de beneficio ordinis seu cooptionis possessioni extra.
46. Wernher de beneficio ordinis seu cooptionis possessioni extra,
nec contra creditorem, sive ea generali sive ex speciali hypo-
theca agat, competente.
47. Wernher de actione pignoratitia directa utrum utiliter ad-
versus tertium possessorem locum inveniatur?
48. Wernher de obligatione alteri per adterum querenda.
49. Wernher utrum princeps imperii privato, mutuum repetenti ea-
ceptionem illiciti foeneris et usurariae pravitatis recte objiciat?
50. Werner de dignitatibus.
51. Werner de rationibus.
52. Werthoff de examine testium extraordinario in perpetuum rei me-
morant.
53. Werthoff de iudicio admiralitatis Hamburgensis.

A. 5 D. C.

3 42

Quod felix & faustum sit

Conclusiones Juridicas subsequentes
materiam

SUCCESSIONIS
LEGITIMÆ, UNA CUM
DISCREPANTIIS JURIS FEUDALIS
A CIVILI, COMPLECTENTES:

Ordine Superiorum approbante

NEC NON,

Dn. EBERHARDO DICKMANNO

Osnabrugense Westphal.

PRESIDENTE,

In Illustri Academia Megapolensi,
quæ est ROSTOCHII,

exercitiij gratiâ,

discutiendas proponit,

ADAMUS PRÆTORIUS

Granfoviensis March.

Ad diem III. Id. Decemb.

horu à 6. matutinis.



R O S T O C H I

Excudebat Ioachimus Pedanus,

ANNO M. DC. XVII.

*Die 15. Junii atqz Hincmarus Bini Dn Gregorium
tunc ad signam hanc legatus fuerat Resp*

Quodlibet
Compendium
SUCCESSIONIS
REGLIMAE, U. S. A. C. M.
DISCIPLINAE
D. EBERHARDO DICKMANNO
Instituti Academici
per se Rosconi
ADAMUS FORTIS
ANNO M. DC. XXII



DE SUCCESSIONE LEGITIMA.

THESIS I.

Successionis ab intestato campum fertilissimum Hackelm. illustr. quast. 12. th. 1. crebris legum mutationibus varijsq; perplexitatibus innodatum Myns. ad rubr. Inst. b. 1. n. 4. Dn. Lindeman. disp. Inst. 5. th. 3. ingredientes, præter hanc legitimam de qua jam acturi, & testamentariam, l. ea vero 3. §. de illa 2. pro soc. l. 1. de hered. petit. Donell. 9. comm. 1. Petr. Fab. ad l. 7. de R. J. tertiam speciem successionis, contra testamentum quam nonnulli esse statuunt, Covar. 4. var. resol. 21. n. 2. §. 3. & alij Interpp. nos non agnoscere, in ipso vestibulo ponimus arg. l. 17. C. de Collat. l. 115. in fin. l. 19. l. 24. de inoffic. testam. Forst. lib. 1. de success. legit. c. 8. & seqq. Gæd. ad l. intestatus 64. n. 5. in fin. de V. S. Dn. Lindem. d. disp. 5. thes. 1.

I I.

Defertur autem nobis lege immediatè: l. lege obveni-
re 130. d. V. S. Foster. 1. c. 13. n. 2. Rittersh. in comm. ad l. 12.
tab. Clas. 3. part. 2. c. 20. undè etiam *αγορὴ ἐξ ὅλων* legitima di-
citur d. 1. 1. & l. 8. de hered. petit. l. in plurimum 70. de acquir.
vel amitt. hered. non tamen statim, sed tum demum, cum
defunctus intestatus decessit. §. 1. §. sui autem. Inst. b. 1.
Donell. d. lib. 9. comm. 5. 1.

III.

Intestatus verò decessisse variè quis dicitur pr. I. b. 1.
l. intestatus 64. de V. S. ubi Gæd. n. 5. l. 19. de inoff. testam. l. 13.
4 2 C. eod.

*C. eod. Forster. r. c. 8. n. 5. § 6. § lib. 3. c. 3. etiam is, qui a-
te, morbo, interdicto, similiq; causa impeditus, testamen-
tum facere non potuit, l. 1. in pr. de suis & legit. Quam ob
causam, pupillos, furiosos, prodigos & ab hoste captos,
statutis & dispositionibus de intestatis quicquam statuen-
tibus, contineri, contra alios rectius dixerimus l. 36. l. 45.
de vulg. & pupill. subst. l. 4. qui pet. tutor. l. 5. qui testam. fac.
poss. Imola in l. centurio. de vulg. & pupill. subst. & in c. cum
tibi. extr. de testam. Angel. in l. in testamento militis 6. C. de
testam. milit. Dec. conf. 466. Alciat. in d. l. intestatus 64. de
V. S. Soar. in thes. comm. opin. lit. t. n. 166. Fach. 4. quest. 74.
Trentl. disp. 16. th. 1. sub lit. a. vol. 2. Hilliger. in Donell. Enu-
cleat. lib. 9. c. 1. ad lit. I. Hackelm. quest. illustr. disp. 18. th. 1.
lit. B. Forman. disp. 18. th. 1. ad lit. b. Becer. Class. 3. disp. 10.
th. 4. ed. 2.*

IV.

*Succesio ab intesto est legitima d. l. 1. de leg. tut. l. 178
§. fin. de acquir. hered. quia mera dispositioni legis innititur,
non testatoris voluntati tot. tit. ff. & C. de leg. hered. Pinell. in
l. 2. C. de bon. matern. n. 4. & seqq. hereditatis, extra casum
ultimæ voluntatis defuncti acquisitio. Vult. 1. J. R. c. 74.
Trentl. d. vol. 2. disp. 16. th. 1.*

V.

*Hiscæ præmissis, expendentibus, legitimæ successionis
dispositionem variam & multiplicem esse Wendin. in dispo-
suis sforum. disp. 17. th. 24. quæ fuliginosas animis jura-
discere volentium offundat tenebras, Lagus in method. jur.
civilis p. 2. c. 59. fol. (mihi) 265. gradus successionum ex ju-
re novissimo Justiniano, interdum tamen juris feudalis
ab hoc nostro discrepantias inferentes, methodicè ac-
distinctim proponemus.*

Enu-

VI.

Enumeratio autem & distinctio horum graduum, à quibus affines l. 3. l. 7. C. com. de success. excepto casu l. 5. C. de i. de quo Cujac. 12. obs. 7. & nutritores l. 10. C. de i. Berib. de grad. c. quib. hereditas & c. pag. (mibi) 177. arcemus, ex Justin. Nov. 118. haurienda est: in qua tres præcipui successione ordines, nimirum Descendentium, Ascendentium & collateralium proponuntur. vid. d. Nov. 118. Paul. recept. sentent. lib. 4. tit. 11. Gomez. 1. var. resolut. 1. n. 1. Duar. in consuet. feud. c. 9. n. 1. Grass. lib. recept. sentent. §. successio. q. 2. Heig. ad h. t. Inst. c. 4. n. 3. Quibus tamen tam ex veteri, quam novo jure, successio viri & uxoris seu conjugum: tot. tit. ff. §. C. und. vir & uxor. & postremo Fisci, additur. tot. tit. C. de bon. vacant.

VII.

Sed hic prius inquirere libet, utrum in successione etiam feudali, eadem graduum computatio tenenda sit? Neg. & cum Hotom. in c. 1. si vassall. feud. privet. cui defer. Canonistarum Genealogiæ rationem sequendam esse, adstruimus, Hotom. disp. feud. c. 19. H. Pistor. 2. q. 19. n. 8. & seqq. Heig. d. c. 4. n. 3.

VIII.

Prima igitur successio, §. 1. Nov. 118. tam ex lege divina. Deutr. c. 21. vers. 16. ad Galat. 4. vers. 7. ibi. quod si filius & heres. quam naturali l. 7. §. fin. si tab. testam nulla exstab. Nov. 1. in pref. §. primum. ibi. secundum ipsam naturam. & Civili, §. 2. de hered. qual. §. differ. §. 1. & 2. l. b. t. penes descendentes est.

IX.

Successio autem horum non est uniusmodi: Nam nonnulli sunt naturales & legitimi simul: quidam legitimi tantum: alij naturales tantum: spurij alij seu vulgò

A 3.

quæ-

quæſiti: nonnulli deniq; ex damnato coitu nati. *Schneid. de primo ord. ſucced. n. 5. Heig. c. 5. n. 6.*

X.

Naturales igitur, ex juſtis nuptijs procreati, nulla ſexus d. *Nov. 118. c. 1. verſ. nulla. Nov. 18. c. 4. §. ſtem vetuſta. 15. Inſt. h. t. nequè agnationis d. Nov. 118. c. 4. emancipationis ſive differentia attentâ. d. Nov. c. 1. ibi: nulla introducenda. Primitus, naturâ & communi parentum voto ſuffragante ad Aſcendentium hereditatem vocantur. l. 7. §. un. ſi ſab. teſtam. null. ex tab. d. Nov. 118. in pr. §. ſui autem 2. verſ. undè etiam. Inſt. de hered. qualit. & differ. §. 1. l. h. t. l. cum ratio 7. ibiq; *Gotbofr. de bon. damnat. Bodin. 5. de Republ. c. 3. Forſter. de ſucceſſ. lib. 4. c. 1. axiom. 2. n. 7.**

XI.

Et quidem ſi primi gradus ſint, ut æqualiter in capita, ſi ulterioris, ſive ſoli reperiantur ſive cum primis liberis concurrant, in ſtirpes ſuccedant: *Ulp. in frag. tit. 26. §. 1. Cajus 2. Inſtit. 8. §. 2. §. cum filius Inſt. h. Borch. de ſucceſſione deſcend. Forſt. d. tract. lib. 4. c. 13. & ſeqq. aded ut repræſentationem illam in infinitum uſq; extendi ſtatua- mus. auth. in ſucceſſ. C. de ſuis & legitiſim. §. fin. Inſt. h. t. Cujac. 2. feud. tit. 11. Weſemb. Inſt. §. 7. n. 3. b. Graß. in d. §. ſucceſſio. q. 2. n. 13. Vult. 1. J. R. c. 74. Foman. diſp. Inſt 17. th. 2. lit. d. Arum. diſp. 11. Exerc. 5. Forſter. in tract. Juſtinian. diſp. 15. th. 5. Schurer. in tract. de hered. qua ab inſtis. deſer. tit. 8. reg. 1. ampl. 5. Gerhard. deced. 11. q. 2.*

XII.

Idq; non ſolum in ſucceſſionis materia, ſed & ſtatutis locum habere cum *Forſt. 4. de ſucceſſ. 14. n. 17. defendere emitemur. Hartm. Viſtor. 2. q. 43. n. 17. Borch. de gradib. pag. (mibi) 170.*

Obi-

XIII.

Obtinet quoq; non solum in liberis ejusdem, sed etiam diversi matrimonij, ita tamen, ut unaquæq; soboles sponsalicias facultates præcipuas habeat, in cæteris æqualiter succedat. *l. 3. l. cum alijs. 4. in fin. & l. 5. C. de secund. nups. Nov. 22. c. 25. 26. 29. Borch. de grad. pag. 181. Forst. d. 17. lib. 4. c. 16.*

XIV.

Sed num pactum de unione seu purificatione prolium, vulgò, die *Einkindschaft*, valeat, quæstionis est? Nos illud, tanquam generali Germaniæ consuetudine, tum etiam aliarum provinciarum, approbatum, exactam tamen causæ cognitio si superveniat, aliæq; certæ solennitates adhibeantur, valere, statuimus. *Gail. 2. obs. 125. n. 1. & n. 5. Hart. Hartmanni 2. obs. 25. fol. 425. Rück. in tract. de un. prolium c. 11 n. 8. & seq.*

XV.

De jure etiam feudali primi gradus æqualiter, ulterioris in stirpes vocari censemus *c. 1. §. 1. in fin. de his qui feud. dar. poss. c. 1. pr. de success. feud. Gail. 2. obs. 116. n. 10. nisi consuetudine vel statuto primigeniti feudum habeant præcipuum, ut in Regali obtinere solet c. 1. §. firmiter. vers. præterea de prob. feud. al. per Frider. Gail. 2. obs. 153. Vult. c. 9. n. 99. ubi hoc in germania hodie non usquequaq; observari testatur.*

XVI.

Mirè hinc sese torquent Interpp. Uter ex duobus Regis filijs, quorum alter ante regalem dignitatem, sive adeptum à patre regnum; alter verò post illud, in hanc lucem editus est, parenti in illo regno succedere debeat? Nos ante adeptum à patre regnum suscepto, successionem hanc adscribimus. *argt. l. §. de senat. l. 2. §. in filijs, de decur.*

decur. Hottom. illust. q. 2. Tirag. de nobil. c. 15. n. 7. Moller. 2. Sem. 40. Myns. 3. obs. 23. Gail. d. loc. n. 2. & 3. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 5. Val. Forst. 4. c. ult. n. 36. & 4. seqq. de success. legit. Guil. Forster. in tract. Justin. disp. 2. th. 7.

XVII.

Sexus discrimen quod attinet, jure feudali omnimodè attendendum esse, explorati juris est: nam foeminae regulariter à feudali successione arcentur. *c. 1. in fin. de feud. March. c. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. poss. c. 1. quem. feud. ad fil. pert. Myns. 6. obs. 110. n. 9. adeò, ut de masculis ex illis descenditibus, idem statuendum veniat. Sonsb. p. 9. n. 120. Pistor. 2. q. 34. n. 5. & seqq. Forster. 4. c. 23. n. 48. Borch. d. tr. c. 1. n. 19. Vult. 1. feud. 9. n. 26. & 1. feud. 4. n. 2. & 3. Dis. Clar. in §. feudum. q. 73. n. 1.*

XIIX.

Interdum tamen foeminae etiam ad successione[m] feudi admittuntur, ut puta ex consuetudine, eaq[ue] vel generali alicujus provinciae, *Forster. 4. de success. 23. n. 56. Borch. c. 7. n. 67. Vult. d. c. 9. n. 48. Gædd. disp. feud. 7. th. II. lit. d. quæ omninò attendenda est, c. 1. §. filij, si de feud. defunct. contr. c. 1. ibi: Secundum usum regn. an marit. succed. uxor.* Potissimum verò in feudis Ecclesiasticis, quæ à curvo baculo dependere dicuntur, lingua vernacula *Krumstabische* vel *vom krummen Stab herrürende Lehen* / *Vult. d. c. 9. 1. lib. feud. n. 48. vers. huc pertinet.* vel ex consuetudine speciali certæ alicujus familiae. *Forst. 4. c. 23. n. 56.* etiam jurisdictione carentis. *Schrad. p. 7. c. 4. n. 14.* vel tenore investituræ *c. 1. §. fin. de success. feud. c. 1. §. hoc autem, de his qui feud. dar. poss. Vult. c. 9. n. 47.*

XIX.

Si verò feudum concedatur Cajo ejusq[ue] heredibus masculis, & his deficientibus foeminis *c. 1. de eo qui sib. vel hered.*

hered. ubi Dal. *comm.* aut verò Sejo ejusq; heredibus masculis & foeminis c. 1. §. *quin etiam. Episc. vel Abb. &c. Borch. c. 7. n. 66.* foeminas quoq; sed non nisi masculis deficientibus, ad successionem admittimus. c. 1. *in fin. de success. feud. Forst. 3. de success. 19.*

XX.

Verum an foeminae per masculi existentiam semel non admittæ, perperuò exclusæ censeantur, controversatur? Negativa nobis arridet c. *un. de success. feud. c. un. vers. non enim, de eo qui sibi vel hered. H. Pistor. 2. q. 36. n. 11. Wesf. 1. 6. Somb. de feud. p. 9. n. 130. & seqq. Heinr. à Rosenth. de feud. c. 7. conclus. 95. Heig. quest. 26. n. 44. Niell. disp. feud. 5. th. 4. lit. c. &c.* Et secundum eam sententiam Collegium Jurorum in Academia Marpurgensi aliquoties respondisse, testatur *Vult. d. c. 9. n. 52. add. Myns. 5. obs. 74. n. 9.*

XXI.

Non inconvenienter hic quæri potest? Num Gynæcocratia consuetudine introduci possit, hoc est, ut etiam foeminae jure hereditario ad magistratum vel imperium, adeoq; ad successiones principatum, ducatum, comitatumve admittantur? quod Affirm. c. *dilecti. extr. de arbitr. Philip. Matth. ad l. 2. de R. J. Bocer. Class. 5. disp. 8. Papegy. 2. Bronch. 2. miscell. aff. 81. Casus in sphaera Civitat. lib. 1. c. 3. in fin. Lips. 2. w. c. 3. fol. (mibi) 50. Goeten. quest. Erbic. 91. Keckerm. lib. 1. c. 2. polit.* Sic etiam in Ducatu hoc Megapolensi, casu non existentium filiorum, filia, quas Erb Jungfern nominant, quo ad vitæ facultatem in feudis Nobilium admittuntur: & si plures simul concurrant, post unius mortem exclusis liberis ad superstites, donec vivunt, feuda devolvuntur.

XXII.

Et hæc quidem, si ex uno & eodem matrimonio liberi

B

berri

beri sint suscepti, ita obtinent: Quid si ex diversis? Hos, nisi pactis dotalibus aliud cautum fuerit, in feudis quoq; parentibus succedere, indubitatum est. *c. 1. de fil. nat. ex matre. & c. 1. §. filij. si de feud. content. & c. Borsb. c. 7. n. 56. Somsb. p. 9. n. 50.*

XXIII.

In allodialibus verò liberi ex diversis matrimonijs procreati, communi parenti semper æqualiter, diversis separatim *l. 3. 4. & 5. C. de secund. nupt. Forst. 4. de success. 16. n. 4. in fin. ubi idem Saxon. jure receptum esse ait, per Gloss. Landrech. lib. 1. arc. 21. & distinctè succedunt: nisi pactum de unione prohum intervenerit. Gail. 2. obs. 125.*

XXIV.

Naturalibus & legitimis simul, legitimatos, puta, per subsequens matrimonium, per omnia adnumeramus: *l. 5. 6. 7. C. de nat. lib. 1. tanta. qui filijs sint legit. adeò ut non tantum ad allodialium §. sui a. heredes. Inst. de hereditat. que ab int. l. Divi s. l. cum quis. 10. C. de natur. lib. Nov. 39. c. 8. sed feudaliū bonorum successionem etiam admitti, concludamus. Duar. de feud. c. 11. n. 7. Schneid. p. 6. de success. descend. masc. n. 11. Wesenb. c. 6. Myns. cent. 5. obs. 42. Gail. 2. obs. 141. n. 2. Hartm. Pistor. q. 41. n. 1. & seqq.*

XXV.

Usquequaq; tamen expeditum non est, Num statutum extantibus masculis foeminas excludens, rectè ad hosce extendatur? *Aff. Molin. in Cons. Paris. tit. 1. §. 8. Gail. d. 2. obs. 141. Grass. in d. §. successio. quest. 19. n. 6.*

XXVI.

Si extra matrimonium legitimatio procedat, liberi per Principis rescriptum potestati patriæ subjiciuntur, vel per oblationem curiæ. Priori modo legitimati, jure suittatis acquisito, perindè atq; si legitimè nati fuissent, habent.

bentur, *Nov. 89. c. 9.* Ideoq; justis & legitimis liberis deficientibus, allodialium successionem gaudent *d. Nov. 89. c. 9.* non verò feudali, nisi disertis verbis, legitimationis rescriptum vel privilegium hoc expresserit. *Dd. ad S. naturales. si de feud. def. fuer. controvers. Clar. in S. feud. q. 82. n. 1. Gail. 2. obs. 142. n. 12.*

XXVII.

Unde controvertitur, num liberi ita legitimated, vigore statuti foeminas existentibus masculis legitime natis, excludentis, filiabus sint praeferendi? Quod cum Cameralibus negandum censemus. *Myns. cent. 3. obs. 26. Gail. 2. obs. 140. n. 6. Fach. 6. centrov. 1. Forst. 6. c. 37. n. 34. & seq. Borch. de success. lib. per rescript. princ. legit. in fin. Graß. d. 9. 19. n. 12.*

XXVIII.

In posteriori legitimationis specie distinguendum: aut enim oblatio illa à liberis ipsis, & non nisi naturalibus & legitimis simul deficientibus fiunt legitimi: *Cujac. ad Nov. 74. Borch. de grad. c. de success. lib. per obl. cur leg. aut verò à parentibus facta est, & jus suicitatis solummodo, non agnationis consequuntur: l. 9. in pr. & S. sed si quidem cum S. seq. de nat. lib. Nov. 89. c. 4.* ita tamen, ne plus, quam unus ex filiis legitimis, minimum inter omnes habens, accipiant. *d. Nov. 89. c. 3. Cujac. ad d. Nov. 74.*

XXIX.

Restat ut de legitimis tantum videamus, qui non natura, sed imperio magistratus seu legis autoritate in liberorum numerum per adoptionem recipiuntur, & in specie dicantur Adoptivi *S. 1. Inst. de adopt.* quidam Imperatoris autoritate, & vocantur Arrogati *d. S. 1. l. 1. & l. 2. C. de adopt.*

XXX.

Illi jure adoptionis ad mortem durante, tam patri adoptivo, quam naturali, nisi in adoptantis potestatem transferint, ab intestato succedunt. *S. sed hodie. 2. Inst. eod. §. 14. Inst. b. t. l. cum in adoptionis. 10. C. de adopt.* Et hoc jus non tantum adoptato ab extraneo, sed etiam ab ascendentium aliquo, in cujus potestatem pervenit, applicamus. *arg. l. jura sanguinis. de R. J. auth. in successionem. C. de leg. hered. §. fin. Inst. de leg. agn. tut. Nov. 118. Borch. de success. lib. legit.*

XXXI.

Hi eodem jure gaudent *§. 3. Inst. de adopt. l. pen. §. fin. C. eod.* præterquam, quod sine causæ cognitione ab arrogatore exheredes scribi nequeant, nisi is præter bona ad se translata, quartam etiam suorum ex *D. Pij* constitutione amittere velit, & quidem omnium bonorum, non portionis debitæ. *d. §. 3. Inst. de adopt. Gov. 1. var. resol. 5. Donell. 2. comm. 13.*

XXXII.

Utrique licet in allodialibus, prædictis modis succedant, *l. 2. C. de adopt. l. si arrogator. eod.* à feudorum tamen successione illos arceri extra dubium est. *c. 1. §. adoptivus. si de feud. def. controu. Sebrad. de feud. c. 5. num. 19. Zas. part. 5. n. 48. §. 8. n. 25. §. 90. Cujac. 3. feud. 10. Vult. in tract. feud. c. 9. n. 90.*

XXXIII.

Naturales tantum ex concubinâ, quam pater domi uxoris loco solam, indubitato sibi conjunctam habuit, affectu, nati, si sint primi gradus, justis liberis & uxore legitima deficientibus, *auth. licet. C. de nat. lib. l. pen. ad SCt. Orfic.* in duas paternæ substantiæ uncias, cum matre sua in viriles partiendas, succedunt. *Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 12.*

§. 11.

§. si quis autem. Arbitratu tamen boni viri ab heredibus
alendos esse, etiam prædictis extantibus, statuimus.
*Nov. 89. §. pen. Cujac. ad Nov. 18. Schurerus. de ord. descendi
reg. spec. r. lin. 5.*

XXXIV.

Ecquid autem admittantur, si pater effusa concu-
piscentiã alias superinduxerit priori concubinas, contro-
vertitur? Nos sobolem ex ijs susceptam planè ab hac
successione arcendam esse, censemus *per d. Nov. 89. c. 12. §.
si verò effusa. C. c. 12. c. 5.*

XXXV.

Præterea ad matris etiam illustris & aliorum per li-
neam maternam ascendentium bona, unã cum liberis na-
turalibus & legitimis simul, æqualiter vocari, dubitatio
nulla est: liberi quidem in capita, nepotes verò in stirpes.
*l. si qua illustris §. C. ad Sc. Orfic. §. novissimè. Inst. eod. Gasl. 2.
obf. 115. Grass. d. loc. q. 18. n. 7.* in tantum ut inofficiosi que-
relam testamento præteriti, efficaciter intentent. *l. si su-
scripta 29. §. 1. de inoff. testam. Schneid. ad §. non autem. Inst. eod.*

XXXVI.

Sed quid in feudis obtineat quibusdam in casibus
haut immeritò dubitaveris? Nos illos à feudis *d. c. 1. §.
naturales. si de feud. def. C. c. ubi Dd. comm.* tum etiam Pfaffi-
eis prælaturis, *per c. cum in cunctis c. nonnotuit ext. de elect. c. 24
extr. de fil. presbyt.* in totum repellimus.

XXXVII.

Spurij seu vulgò quæsitij propter patris sui interitu-
dinem ejusdem successione planè non gaudent *§. si ad-
versus 12. Inst. de nupt. §. vulgo 4. Inst. de success. cognat. l. vul-
go 23. de stat. homin. l. 4. unde cognati.* Ad matris verò (nisi
fortè illustris sit foemina, quæ justos insuper habeat libe-
ros *d. l. §. C. ad Sc. Orfic.*) ut & avix, unã eum alijs legi-
timis,

timis, admittuntur *l. hac parte. 2. l. Modestinus. 3. und. cognat. §. novissimè. Inst. de SCt. Orfic.*

XXVIII.

Ast ex damnato procreati complexu seu Incestuosi, quibus hoc in casu æquiparantur adulterini, præterquam, quod à patris æquè ac matris successione excludantur *Nov. 78. c. fin.* indigni etiam filiorum judicantur nomine, aded ut nec alimenta ipsis sint de jure civili subministranda *Nov. 89. c. fin. auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* Cujus tamen duritiem æquitas Canonica mitigandam censuit, statuendo, iniquum fore, infantem à Deo creatum, fame necari. *per. c. cum haberet §. in fin. ibi Gloss. extr. de eo qui dux. in matrim. quàm poll. per adult. Oldend. class. §. act. §. fol (mhi) 685. in fin.*

XXXIX.

Et hucusq; de ordine primo: consequens nunc est, de secundo, hoc est, Ascendentium ut dispiciamus. Deficientibus igitur liberis, ad successione[m] jure nostro vocantur parentes. *auth. defuncto. C. ad SCt. Tertyll. §. si igitur. auth. de hered. que ab intest. defer.* exulantibus proflus ab hac ascendentium serie, repræsentationis jure & sexus differentia. *d. auth. Wes. in parat. de grad. n. 15. Forst. 4. de success. c. 2. n. 19.* Undè sexus utriusq; parentes ad filiorum suorum hereditatem æqualiter admittuntur: graduum tamen prærogativa, ita ut proximior remotiorem excludat, servatâ, *d. Auth. defuncto. in verb. salva grad. prerogativa. ad SCt. Tertyll. d. Nov. 118. c. 2. vers. sin autem plurimi. Donell. 9. comm. c. 3. Forst. 4. c. 21. n. 19. Borch. de grad. pag. 214.*

XL.

Quod si cum fratribus & sororibus utrinq; defuncto conjunctis, concurrant, hereditatem in capita cum ijs distribuere tenentur, ut singuli eorum æqualem habeant

Beant portionem d. aush. defuncto. d. Nov. 118. 2. Borch. de
succes. ascendent. Coniuncti verò ab uno tantum latere
planè excludantur. d. aush. defuncto. d. Nov. 118. c. 2. & 3.
Donell. d. lib. 9. comm. c. 3. Forst. 7. c. 8. n. 1. Borch. loc. praealleg.
XLI.

Et hoc commodo successione gaudent parentes, ni-
si mater vel etiam pater, invitis filijs, iisdemq; fratribus
defuncti, secundis se funestaverint nuptijs: siquidem eo
casu ususfructus duntaxat causam per successionem in-
testati filij, proprietate filij ex primo matrimonio susce-
ptis, relicta, consequuntur. l. 3. C. de secund. nupt. Nov. 22.
c. 46. §. si verò expectent. Gail. 2. obs. 98. per tot.

XLII.

Atq; hæc omnia in allodialibus bonis ita se habent:
de jure feudali autem sciendum est, ab intestato patrem,
avum, aliosq; ascendentes, filio, nepoti, cæterisq; descen-
dentibus non succedere. c. 1. de nat. feud. succ. ib. Alvar. &
Baro. Zaf. de feud. p. 8. n. 2. Wesf. c. 6. n. 7. Sonsb. p. 9. n. 45.
Myns. 3. obs. 93. H. Pistor. 2. q. 19. n. 5. Borch. c. 7. n. 9. & 77.

XLIII.

Si tamen nominatim hoc in investitura actum sit, ut
in defectum descendantium, ascendentes ad successio-
nem admittantur exceptio hæc meritò locum inveniet.
Curt. Jun. de feud. p. 3. n. 43. Clar. in §. donatio. q. 8. Molin.
in Conf. Paris. tit. 1. §. 30. n. 99. Borch. d. c. 7. n. 9. fol. (mihi) 338.

XLIV.

Expositis jam in linea rectâ consistentibus, ad ter-
tium, Cognatorum videlicet ordinem descendendum
erit. Omnibus itaq; hisce deficientibus, tertio loco cogna-
tis, à latere seu transverso defunctum attingentibus, com-
petit successio: Nov. 118. c. 2. in fin. & quidem primò fra-
tribus germanis ex utroq; parente defuncto coniunctis.
Qui,

Qui, si soli fuerint, rejectis cœteris collateralibus, in capita succedunt l. 2. §. 2. de suis & legit. l. fin. vers. illo etiam. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. Carol. V. Const. promulg. in Comit. Spirens. Anno 1. 5. 29. sub. tit. wie Brüder oder Schwester Kinder / qua vid. ap. Forst. 8. 1. 8. Sin verò & fratrum prædefunctorum supersint filij, hi cum fratribus admittuntur in stirpes. auth. cessante. C. de leg. hered. Schneid. de leg. success. in 3. ord. succed.

XLV.

Fratribus ac sororibus germanis eorumq; filijs non extantibus, seclulis patris & alijs similibus, auth. post fratres. C. de leg. hered. Nov. 118. c. 3. Schneid. alleg. loc. Forst. 8. c. 8. n. 1. ad hereditatem vocantur ex alterutro tantum latere copulati. Dd. comm.

XLVI.

Num verò in bonis paternis *ὁμομήτεροι* seu consanguinei, in maternis *ὁμομήτεροι* seu uterini, præferantur; mirè inter Dd. disputatur? Nobis affirmantium arridet sententia l. 13. C. de leg. hered. l. 11. Comm. de leg. Donell. 9. com. 4. Covarr. de succes. ab intest. n. 13. Cujac. ad Nov. 84. Forst. 8. c. 8. n. 2.

XLVII.

Quod si præmemoratorum nemo reperitur, cognati reliqui ex legum veritate in infinitum usq; , secundum gradus prærogativam, succedunt. §. 3. ibi. et si longissimo. Inst. de leg. agn. success. l. 2. §. agnati. de suis & legit. hered. Novel. 118. c. 3. in fin. ibi. omnes deinceps. Forster. 3. c. 10. n. 3.

XLVIII.

Idem etiam de jure feudali, si feudum rectâ à primo acquirente ad suos descendentes transmissum sit, defendemus. c. 1. ibi. ex latere omnes. de nat. succ. feud. & ibi Interpp.

Interpp. & c. un. ibi. & etiam usq; in infinitum. si vasa. feud.
pro. cui def. Sonsb. p. 9. n. 84. Zas. d. p. 8. n. 5. & 33. Baro.
in c. 1. §. hoc quoq; n. 5. de his qui feud. dar. poss.

XLIX.

Absolutis jam tribus successio-
num ordinibus, succedit
Quartus, quo conjuges ab intestato sibi invicem ex
juris Prætorij beneficio, modò justum inter eos matrimo-
nium ad mortis usq; tempus durarit, l. un. und. vir & uxor.
l. un. C. eod. in allodialibus; tot. tit. ff. & C. und. vir. &
uxor. Donell. 9. com. 1. fol. (mihi) 398. Forst. 9. n. 2. & seqq. Borch-
c. de success. conjug. vid. Cothm. 2. cons. 1. n. 3. & seqq. non
feudalibus: nisi specialiter sint investiti, c. 1. an marit. succ.
uxor. c. 1. junct. gloss. fin. de invest. quam Titius. Sonsb. d. p. 9.
n. 116. succedant.

L.

Si autem pactum dotalitium seu reciproca donatio,
constante matrimonio, interveniat, ut altero eorum sine
liberis mortuo, defuncti bona ad superstitem perveniant,
num hujusmodi pactum valeat, dubitatur? Aff. Myns. 2.
obs. 33. Gatl. 2. obs. 126. n. 3. & seq. & obs. 40. n. 7. Dauth. de
testam. n. 84. & seq.

L.I.

Porrò si nullus prorsus supervit legitimus heres, bona
defuncti, neglecta ulterioris affinitatis successione, tan-
quam vacantia, Fiscus sibi vindicat. l. affinitates. 7. C. comm.
de success. l. 1. l. 4. C. de bon. vacantib. c. un. qua sint regal. 2.
Feud. 56. Tholosan. lib. 45. Syntagm. c. ult. Zas. cons. 17. lib. 2.
Trent. disp. 16. th. fin. volum. 2. idque priusquam quadrien-
nii lapsus revolvatur ut faciat necessum est. l. 1. §. 2. de
jur. fisci. nisi tamen is à corpore, cujus pars defunctus fuit,
removeatur. l. 1. & tot. tit. C. de hered. Decur. & ibi Cujac.
in parat.

C

Sed

LII.

Sed hic in disquisitionem venit, an tali casu, sponsam, quam de presenti indigitamus, in bonis sponsi, fiscum excludat? *Aff. arg. l. 30. de R. J. l. 1. pro dote. Alexand. in l. un. C. und. vir & uxor. Wes. cons. 25. n. 6. vol. 1. Gail. 2. abs. 80. Forst. lib. de success. 9. c. 3. n. 20. & seqq. Valentini. Riem. dec. 2. q. 2.*

LIII.

Ad extremum quonam juris remedio hereditatem ab intestato nobis obviamem, nanciscamur, non in tempestivè quaeritur? Et pro hac vel hereditatis petitionem, vel Interdictum Quorum bonorum, vel etiam Judicis officij nobilis implorationem competere, concludimus. *t. tit. ff. & C. de petit. hered. & t. tit. ff. & C. quor. bonor. Oldendorp. Class. 5. act. 5. & seqq. vid. Dn. Lindemannus. d. disp. s. thes. 50.*

Coronis.

I.

Num testamentum inter liberos, nullis testibus presentibus factum, jure subsistat? *Affirm.*

II.

An post factam à privatis de crimine transactionem, Judex nihilominus Reum ad judicium trahere, & poena ordinariâ punire possit? *Affirm.*

III.

Num Rectores Academiarum habeant ex *Auth. habita. C. ne filius pro patre.* merum imperium? *Affirm.*

IV.

Homicidium rerum defendendarum causa factum, non aliter impositum relinquendum esse statuimus, quàm si periculum vitæ aut corporis accessisse, probetur.

Si

V.
Si quis arma in se stringi viderit & insultantis ani-
mum probè cognoverit, an primum ictum seu insultum
expectare teneatur? Neg.

VI.
Equid insultatus ab aliquo, cedere ac fuga sibi con-
sulere teneatur? Neg.

VII.
An literarum imperiti indistinctè excusationem à tu-
tela habeant? Disting.

VIII.
Numquid ultimo supplicio damnatus, per puellam
ipsum in matrimonium petentem, jure liberetur? Neg.

IX.
Probationem maleficarum seu sagarum per aquam
frigidam, juri divino, naturali & civili contrariam esse
statuimus.



Humanissimo & Ornatissimo

Dn. RESPONDENTI.

ADAMUS PRÆTORIUS,

Per Anagr.

PRÆMIA USUS TRADO.

PRÆTORI, sacra Themidos pulcerrime cultor,

Spes patrij vere deliciofa soli:

Audis quid venum dicat sacer *W S W S*, & *W S W S*

Quid gravium rerum: quotidianus agat:

W S W S, ait: rerum; TRADO rata PRÆMIA rerum,

Cultoresq; meos prosperitate beo:

Audis; quodq; audis, sequeris: brevis est mora, quando

W S W S, quæ es meritum PRÆMIA, TRADET, eris.

Intimo suo gr.


M. Laurentius Ludenius P. L. C.


Dn Resp. Amico suo amicissimo.


Maxima vesanos homines dementia vexat
Nomine qui solo, Divitijsq; tument.
Sunt aliquid: fateor; quis enim nihil estimet esse?
Si modo collatis debitus usus adest.
Hec tamen exuperat Virtus, prestansq; Minerva,
Quaeis Pluto, nec Fulmen, nec nocitura Lues:
Hoc quia sollicito modicaris Adame cerebro
Pectoris ad cultum praestita dona refers.
Recte agis: haecce viam pandunt subsydera strictam
Hincq; tibi propria gloria luce nitet.
Cumq; hic Meandros Logices versare retortos;
Eloquium Marci vocibus Hi referant:
Hi modulos fluida glomerantes fauce canoros,
Hermogenem numeris exuperare parent:
Atq; alius caeli tractus, terraq; marisq;
Astra syracusij terminat arte Viri:
Hic sibi promittat Chori praecepta Magistri
Paeonis arte hominum vincere fata putans.
Cumq; etiam arcanâ referantes Numina mente
Sint, sobria cernant qui ratione Deum.
Tu tamen è reliquis fausto conamine multis
Justitia & Juris selegis hinc studium
Urges selectum sedulo, sanumq; tueris;
Nec pateris Veri fallere te speciem.
Sic age; sic insta Themidos sacra iussa sequendo,
Hinc Honor, hinc virtus multa: Nec invideo!
Nempe hinc Juridicis Consultus Legibus olim
Causarum tricas diluis immodicas.
Hinc, si fata volent, Juris salveto sacerdos
Astra referens Justitiaeq; decus.

Gratulabundus adponebat

HARDEVICUS Rehr Neoburgensis.









* (21) *

confectionem distributori, dem *Dispach*
fit, propter varias commissas in eo con
merito dubitatum reperio. Et claude
has annotatiunculas von der *Dispache*
tabilis cujusdam, quod sequenti §. ex
miralitatibus nostræ Judicio conclusi, libe

XVI.


EXTRACTVS

PROTOCOLLI ADMIRALITATIS

de 10. Jan. M DC XCV

Conclusum, dasi Johann Phillip
injungiret werde / wann hinfuro ihm
verfertigen *committiret* / von theils
inhibiret werden will / er diejenige / so si
ihren einzuwendenden *Rationibus* an de
Gerichte so gleich (id est, bey erster
Tage) verweisen soll. (Und fals Contr
dann nicht einfinden sollten / er denno
sprechens ungeachtet / mit der *Dispach*
schuldig seyn solle.) Quæ ultima in par
hensa *Concluso* quidem expresse non
lexere tamen ita & extenderunt eaden
de Lengercke, J. U. L. Reip. nostræ
Consul hodie, & h. t. Præses, præclaris
ritus, & Dn. Julivs Henricvs Schaf
olim Secretarius, nunc Senator, itiden
ritis insignis, in *Sessione* 28. Maji 1697

D



tum
oras,
ique
no-
Ad-

hern
e zu
aber
mit
tät-
ats
so
der-
ren/
pre-
atel-
r vs
tor,
me-
u. L.
me-

VII.